

P. lat 2017

IACOBI

DE VITRIACO

PRIMUM ACCONENSIS,

DEINDE TVSCVLANI EPI-
SCOPI, ET S.^r ECCL. R. CARDINALIS, SEDIS-
que Apostolicæ in Terra sancta, in Imperio, in
Francia olim Legati,

LIBRI DVO.

*Quorum prior ORIENTALIS, siue HIEROSO-
LYMITANÆ: Alter, OCCIDENTALIS
Historia nomine inscribitur.*

Omnia nunc primum studio & opera D. Francisci Moschi
Niuigellatis I. C.^u & Armeniariorum Curatoris, e
tenebris & situ in lucem edita.



D V A C I.

Ex Officina Typographica BALTHAZARIS
BELLERI, sub Circino. Anno 1597.

Cum Priuilegio ad sexennium.

syllabas aut dictiones , aut perfectas orationes
 Domino furari præsumat , nimium festinando,
Mat. 15. more quorundam insipientium sacerdotum , qui
 Dominum labijs honorantes , cor eorum ad va-
 na & inutilia irreuerenter conuertunt . Si loque-
 ris de musca vel pulice , cogitas de ipsis ; loquens
 autem de Domino vel cum Domino , de ipso
 non cogitabis ? Quomodo autem amicus tuus
 ad te vocatus veniret , si ipso à te inuitato fu-
 giendo recederes ? Vt igitur Deum inuitatum
Jonæ 1. præsentem inuenias , caue ne cor tuum à te ipso
Psal. 72 discedens à facie Domini fugiat ; Ne dum ponis
 in cælum os tuum , lingua cordis tui in terram
 transeat . Sæculari autem Domino non auderes
Iere. 48. ita irreuerenter loqui , & festinanter . Maledictus
 autem qui opus Dei negligenter facit . Audiui-
Apoc. 12 mus autem quibusdam referentibus , quod cum
 inimicus noster accusator fratrum , & humani
 generis calumniator , cuidam viro spirituali
 in choro monachorum psallentium , quasi gra-
 uiter oneratus appareret ; fratri quærenti quid
 portaret , quasi sacco pleno super humeros eius
 imposito , respondit sathan : hæ sunt syllabæ in
 psalmodia monachis istis syncopatæ , dictiones
 etiam & versus psalmodiarum , quos hac nocte
 tanquam fures à Dei seruitio subtraxerunt , de
 quibus reddituri sunt rationem . De his autem
Ecl. 21. Salomon ait : Cor fatui quasi vas confractum
 omnem sapientiam non retinebit . Vas con-
 fractum & rimosum , lutum retinet , aquam puram
 & liquidam retinere non valet . Pari modi hi
 miseriam .